



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

§. 2. An cuilibet liceat legem doctrinaliter interpretari, vbi de Epicheia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

habere, ac si à Romano Pontifice emanasset, prove refert Nicol. Garcia in prefat. ad Lectorem, Salas de legibus, disp. 21, sect. 11, Bonacina disp. 1, quæst. 1, punct. 8, n. 4. Sed si à Pontifice declarationes suarum legum promulgatae sint, vim legis habent in omnium sententia, Ergo etiam hæc declarationes habent, postquam sunt promulgata, Neque aduersus hæc conclusionem obstat superiorum rationes, quia in his declarationibus, quæ publicantur, præsumi non potest omissionem consilii Pontificis, si necessarium erat. Neque aliqua pugnantia, & contrarietas; nam per subsequentem declarationem tollatur, sicut lex posterior præcedit contraria abrogat præcedentem.

At si publicatae non sint, etiam si authenticè de illis constet, plures Doctores tenent vim legis non habere, sic docet Bonacina disp. 1, quæst. 1, punct. 8, n. 4, et secunda pars. Suarez generaliter loquens de omni declaratione facta à Principe, lib. 6, cap. 3, num. 3, Loeza 1, 2, disp. 18, appendice, circa finem. Salas disp. 2, sect. 9, sine, disp. 10, sect. 9, n. 63, & dispensat. 21, sect. 1, num. 8. & idem iudicat disp. 21, sect. 1, concol. 1, sine.

Mouentur, quia publicatio est de essentia legis, ita vt declaratio Principis, si vim legis habere debeat, indiget publicatione. Ergo etiam hæc declarationes. Quod si obicitur publicationem esse requisitum ad legis constitutionem, non ad illius declarationem, quia declaratio cum ipsa lege à principio inest, ita sicut, ff. de iure h. s. i.

Respondet prædicti Doctores declarationem claram, & certam in se ipsi legi à principio; non autem declarationem in re dubia, & ambigua, & pro qua sunt variae opiniones: hæc enim declaratio, vt omnino sequenda sit, publicari debet, si quidem ex publicatione legis non inferatur. Stare enim optimè potest lex cum contraria declaratione. Deinde si obicitur Romanis Romanam sequi omnino declarationes Cardinalium, etiam si promulgatae soleant non sint, vt constat ex pluribus declarationibus Romæ, quas referunt Salas illa disp. 21, sect. 12, Emanuel Rodriguez, & Bonacina supra respondentem videlicet, quia iudicant maximi ponderis, & autoritatis esse, vt verè sunt, non quia vim legis habeant. Fateor hæc sententiam probabilem esse, siquæ statui posse, dum aliud à Pontifice non delectatur.

Verùm probabilis, & securius censeo hæc declarationes vim legis habere, & asserere in iudicio, & extrâ, cum authenticè de illis constat per breue Pontificis, vel per monitorium auditoris Cameræ, vel per epistolam alicuius Cardinalis suo sigillo munitam, vel per transcriptum authenticum ex registro congregationis parte citata & quia huiusmodi publicatio videtur satis in harum legum declaratione ex vi, & consuetudine. Nam licet ex illa publicatione non statim multis innotescat, postquam in multorum notitiam deuenit, & de se apta est deuenire; quod videtur sufficiens ad obligationem inducendam, sic docent Emanuel illa q. 11, art. 2. Salas alios referens disp. 21, sect. 11, sine, Garcia in prefat. de beneficiis.

7. Circa secundum dubium de iudicibus inferioribus, an illis liceat authenticè declarare leges superioris?

Respondet nullo modo licere declarare, ceterum, quod eorum declaratio liget, ac ipsa lex, quia nullibi constat datam illis esse eam potestatem. Bene tamen poterunt secundum veterem Doctorem sensum legem interpretari, & secundum illam interpretationem iudicium ferre, præcipue si Princeps consulti non potest, sic Emanuel q. regul. q. 11, art. 1. Salas disp. 21, sect. 2, & ita de Sylvest. verbo interpretatio, quæst. 1. Adde, in rebus facillimis, & minoribus credendum est inferioribus Prælatos habere potestatem declarandi legem, non solum doctrinaliter, sed etiam authenticè; quia aliàs nulla legis obsequantia perfecte introduceretur, si passim recurrendum esset ad Principem. Quapropter Constantinus Imperator Plotiano respicit in l. 1. Cod. de relationib. in Cod. Theodosiano; super patris, quæ iudicia sententia decidi non possunt, nostram debes consilium maiestatem, ne occupationes nostras interrumpas cum litigatoribus, legitimum maneat arbitrium à sententia promouendi, sic Emanuel Rodriguez, & Salas supra. Quod credo habere verum, quando agitur de interesse partium, & necessaria est interpretatio ad decidendam litem; possunt enim tunc Prælati inferiores legem pro vi probabilis videbitur, interpretari, & cogere, vt patet hæc interpretationem sequantur.

§. II.

An cuiuslibet liceat legem doctrinaliter interpretari? Vbi de episcopica.

- 1. Cuiuslibet licet hæc interpretatio.
- 2. Pluribus placet non esse licitum à verbis legis deuicere.
- 3. Vi licet episcopica non solum in casu, in quo obseruantia legis iniqua esset, sed etiam in quo esset sp. s. i.
- 4. Causa in hac interpretatione debet ad minus esse probabilis

5. An, quando prohibetur à lege eius interpretatio, possit fieri hæc doctrinaliter? Proponitur dubitandi ratio.

6. Solum censetur prohibita interpretatio scilicet, & contra mentem legis.

7. Aliquando etiam prohibetur interpretatio typis mandata, & ex professo.

1. **F**erè omnes Doctores conueniunt, cuiuslibet licere hæc interpretationem, si eam faciat iuxta regulas, & sensus Doctorem non proprio cerebro innixus; cum enim lex sepe ambiguitatem in sua significatione contineat, neque legislator de facili consuli potest, necessarium erat, vt Doctores daretur facultas hæc interpretationem faciendi, l. vnie. Cod. de professorib. l. 1. ff. de origine iuris l. 1. ff. si coram petatur, l. si negotium, ff. de privilegiis crediti, & colligitur satis ex cap. 2. de privilegiis, in 6. & ex proemio decret. 6. & Clement. in fine, & alia in locis. Regulas autem, quibus hæc explicatio facienda est, postea subiiciemus.

2. Difficultas autem duplex est. Prima, an liceat cuiuslibet contra verba legis hæc interpretationem facere? quod est inquirere, an licitum sit vi episcopica, seu emendatione legis vniuersaliter loquentis ob aliquas speciales circumstantias?

Aliquis videtur non esse licitum à verbis legis deuicere, nisi quando esset iniqua obseruatio, sic videtur tenere D. Thomas 2. 2. quæst. 110, art. 1, & ibi Caietan. Sotos lib. 1, de iustit. quæst. 6. & 8. Corduba 4. 2. p. 6. 9. n. 8. Ratio est, quia episcopica est emendatio legis in eo casu, in quo lex peccat, vt conitat ex Aristotel. communiter recepto, 5. ethic. c. 10. Sed lex non peccat, cum non obligat ad aliquid iniquum. Ergo nequit emendari, nisi quando iniquum esset illi obedire.

3. Nihilominus tenenda est communis sententia, à qua nec D. Thomas dissentit, non solum licitum esse vi episcopica, in casu, quo obedire legi esset iniquum, sed in casu, quo esset nimis graue, & difficile, propter aliquod graue damnum inde resultans; quia iam tunc peccat lex, si ad remita difficilem velit obligare, legum enim Dei suauis est, & onus eius leue. Ergo nunquam leges censentur ita duram obligationem imponere. Optimè interpretari quis potest non habere legislatorem tunc voluntatem obligandi; hæc enim ratio ieiunia Ecclesiastica interpretatur non obligare, si agerent labores; neque præceptum audiendi Missam, si damnum graue honoris, vitæ, aut rei familiaris inde timeat. Sic latè suat. lib. 6, cap. 7, n. 9. & seqq. vbi extendit doctrinam, non solum, quando sequitur graue damnum ex obseruantia legis in rebus acquisitis, sed etiam in acquirendis; quia lucrum cessans iustum, & graue, damno, moraliter loquendo, æquiparatur, vt constat ex l. vnie. C. de sententiis, quæ pro eo, quod inuestit, preferuntur, in fine. Quare si ex obseruantia legis, v. g. festi, amittitur occurrentem occasionem magni lucri, ab obseruatione festi cessare poteris; & iuste interpretaris ibi nolle legislatorem obligare.

4. Aduertendum tamen est in hæc interpretatione faciendam causam excusantem debere esse ad minus probabilem; vel quia probatur Doctores, vel quia firma ratione fulcitur, iuxta dicta de sententia probabilis. Posita autem hæc probabilitate, rectè poteris interpretari illo in casu te obligatum non esse. Maior difficultas est, quando hæc probabilitatem non attingit excusans causa, sed hæres dubius, an casum illum comprehendere voluerit legislator? Cui difficultati dicendum est: si consulti potest superior, non posse contra legis verba facere, quia iam habes remedium deponendi dubium; si verò dubius sis, an poterit superior comprehendere, & verbis legis comprehensus sit, regulariter verbis legis est standum; neque licitum tibi erit interpretari non esse obligationem, quia lex possidet. Sic Salas alios referens disp. 21, sect. 11, n. 35. Vide quæ dicta sunt de dubia conscientia, p. 8. & seq.

5. Secunda difficultas est. Quando per aliquam legem prohibetur eius interpretatio, an liceat tunc Doctores interpretationem doctrinalem facere? Ratio dubitandi est, quia illa prohibitio aliquem effectum habere debet, sed non potest habere alium, nisi hæc interpretationem prohibeat. Ergo hæc censetur prohibita. Minorem probò; quia interpretatio authentica, & necessaria, & quæ vim legis haberet, iam ipso iure, & ratione naturali erat omnibus extra legislatorem prohibita. Interpretatio autem scilicet, & inanis per se ipsam est excusata. Restat ergo, vt solum interpretatio probabilis, & doctrinalis prohiberetur.

6. Respondet, regulariter loquendo, quoties in aliqua lege prohibetur interpretatio, solum prohibere interpretationem scilicet, & quæ est contra mentem legis. Sic docet Salas disp. 21, sect. 2, sine. Saa verb. interpretatio, in vtraque editione, n. 4. quod colligitur ex Trident. sess. 4. decreto de usu sacrorum librorum; vbi prohibetur fieri interpretatio contra eum sensum, quem tenent, & tenet sancta mater Ecclesia, quare si quis præter consensum Patrum, non tamen illi contrarium Scripturam interpretetur, huic prohibitioni non aduersatur, sic Barnes 1. p. q. 1. art. 10. dub. 6. Azor 1. p. lib. 8. cap. 2, quæst. 3, & approbat August. Batbola in remissionib. Concl. illo in loco. Neque obstat hæc

DE
MASTRO
PALAZO
TOM.
II
LIB.

hanc interpretationem per se esse exclusam, ut non possit etiam precepto excludi.

7 Dixi regulariter loquendo solum prohiberi interpretationem fruolam, & contra mentem legislatoris. Nam aliquando etiam interpretatio doctrinalis prohibetur, non quacunquē, sed quæ typis mandatur, & ex professo fit. Hæc enim interpretatio est, quæ videtur prohibita à Pio IV. in Bulla confirmatoria Concilij Tridentini: ibi enim prælati præcipitur, sub pena interdicti ab ingressu Ecclesiæ, & reliquis omnibus sub pena excommunicationis late sententiæ, ne commentarios, glossas, annotationes, scholia, vllūmve interpretationis genus super ipsius Concilij. decretis quoquo modo edere, aut statuerent audeant, etiam præterea maioris corroboracionis, aut executionis ipsius Concilij. Per quæ verba, cū prima facie videatur prohibita quælibet declaratio supradicti Concilij; quia illud verbum *edere* non solum de declaratione typis excusa, sed de qualibet quomodolibet dicta & publicata sumi potest, vt tradit ex aliis Simon Scharidius in *lexico iuris, verbo edere*; & probat textus in l. 1. §. 1. *si quis ex argentariis, §. in vitium, ff. de edend. attamen consuetudine ipsa declaratione typis excusa intelligitur, quæ consuetudo verbo in proprietate præualere debet; & ita tradit Eman. Rodrig. tom. 1. regul. qq. quæst. 11. art. 3. Henric. 1. p. summ. lib. 7. de indulg. cap. 19. n. 4. Salas disp. 21. sect. 11. vers. neque obstat. August. Barbosa, in remiss. Concilij, sess. 15. cap. 2. de reformat. Reginald. lib. 20. num. 13. sine. Adde neque etiam prohiberi quamlibet interpretationem typis excusam, sed etiam, quæ ex professo desumitur. Nam si volum, vel alterum Tridentini decretum incidenter interpretari, huius decreti non aduertatis, vt notauit Eman. supra Bonacina disp. 1. q. 1. p. 8. n. 3. sine. Suar. tom. 5. de censuris. disp. 27. sect. 7. n. 12. Salas sect. 11. vers. ad secundum. Illa ergo interpretatio videtur hic tantum prohibita, quæ esset quasi glossa, & scholia, & commentaria Concilij, quæque esset ex professo desumpta, & authenticis scriptis redigenda. tradit Burgos de Paz in proœmio legum Thuri, num. 236. pag. mibi 35. column. 4. & sequentibus.*

§. III.

Quæ regulæ seruandæ sint in legis interpretatione.

- 1 Si de intentione constat, illi standum est.
- 2 Seruanda est proprietate verborum.
- 3 Quod est verum, etiam si legislator extra legem dicat, se aliter intelligere.
- 4 Limitant aliqui in lege correctoria, sed nobis non probatur.
- 5 At limitandum est, nisi ex proprietate verborum sequatur absurdum.
- 6 Item nisi reddatur lex inutilis.
- 7 Quæ proprietate verborum seruanda est? Resoluitur seruandam esse naturalem.
- 8 Quod est intelligendum de lege præceptiua, & penali, non de fauorabili: hæc enim ad concordiam etiam significacionem extenditur.
- 9 Quid si duplicem habet significacionem.
- 10 Intentio legislatoris, & materia legis ex proœmio desumitur.
- 11 Interpretatio in lege fauorabili extendenda est, in penali limitanda.
- 12 Quoties de obligatione agitur, stricta interpretatio faciendæ est.
- 13 Correctio legis vitanda, quoad fieri possit.
- 14 Lex noua debet secundum antiquam interpretari.
- 15 Videnda sunt alia regula pro legum interpretatione in Doctoribus relatis.

HÆ regulæ dirigitur ad inuestigandam mentem, & intentionem legislatoris, nam si de hac constat aliquibus aliis circumstantiis, illa obseruanda est; quidquid in contrarium verba legis aliud significant: iuxta l. non dubium, C. de legib. vbi dicitur, in legem committi, qui verba legis amplectens, contra legis nititur voluntatem, idem colligitur ex l. sci. re, §. alius, ff. de excusat. tutor. & ex l. non aliter, ff. de legat. 3. & l. si pater, §. dolo firmis, ff. de legat. 2. & ex cap. humane aures, 22. quæst. 5. cap. secundo requiritur, de appellat. cap. ratio nulla, de prebend. & aliis. Ratio est, quia verba apponuntur ad declarandam mentem, & intentionem profertentis. Ergo si illam mentem non declarat, illis standum non est: sic docet, & late probat Tiraquell. ad l. si unquam, Cod. de reuocand. donum, verbo libertas, num. 45. Azor 1. part. lib. 5. quæst. 9. Salas disputat. 21. sect. 3. vers. at si ratio. Bonacina disput. 1. q. 1. punct. 8. à num. 4. Suarez lib. 6. cap. 1. à num. 12. Sanch. lib. 2. disp. 37. n. 3.

2 Prima ergo regula ad mentem legislatoris inuestigandam, ea est, ut in legis interpretatione seruetur proprietate verborum, & secundum illam proprietatem intelligatur legem

latam esse, sic Suarez illo cap. 1. n. 7. Salas disp. 21. sect. 3. n. 4. Azor 1. p. lib. 5. cap. 16. quæst. 9. Bonacina disp. 1. quæst. 1. punct. 8. n. 15. Eman. Rodrig. tom. 1. regul. qq. 9. n. 11. ar. 6. vers. tertio regula, & conat ex l. non aliter, ff. de legat. 3. & in l. prospecti, ff. qui, & à quibus, & colligitur satis ex cap. 2. §. sed neque, de translat. Episcop. Ratio est manifesta, quia legislator debet procurare legem claram esse, & distinctam. Ergo debet vi verbis in significacione propria, aliis nihil firmum stabiliter, sed omnia essent caulationibus subiecta.

3 Quod ad hoc verum est, vt etiam si legislator extra legem dicat se aliter intelligere, quam ipsa verba sonant, non obligatur eius interpretationi stare, quia duplici ex capite obligari possemus; vel quia illa interpretatio est declaratio clara mentis habitæ à legislatore, cum legem tulit; vel quia est ipsius legislatoris. Non primum, quia manifestum est non esse ipsam declarationem, siquidem ad improprium significacionem recurrit, & non est præsumendum legislatorum improprie fuisse loquutum, cum legem tulit, ac proinde neque illam interpretationem imbitam esse in lege: si autem in lege imbita non fuit, ad illam modò extendi non potest; quia lex extendi non potest ad casum, qui à principio à lege non fuit comprehensus, vt optime docet Anton. cap. post translationem, de renunciat. n. 34. & ibi Abbas in 2. lectura, num. 17. Sanch. lib. 2. de matr. disp. 37. num. 3, quia si extendere de nouo, iam esset noua lex, & nouum præceptum. Ergo illa declaratio, quatenus est declaratio mentis habitæ, non obligat. Item quod ex verbis non venit intelligendum, neque ex mente proueniente creditur. l. Labeo, §. id Tubero, ff. de sublecl. legat. Neque etiam quatenus est facta ab ipso legislatore; quia dum ipse legislator non promulgat suam declarationem, & per illam intendit obligationem inducere, solum hæc habet vt quidam specialis Doctor, cuius opinionem, & sensum sequi non tenemur, cum rationes firmæ sunt in contrarium, sic docent Salas disp. 21. sect. 13. punct. 31. Sà verb. lex, n. 25. & 26. Bonac. disp. 1. quæst. 1. part. 8. num. 16. Qui omnes testantur ea de causa Hostiens. & alios Doctores recessisse à declaratione facta ab Innocent. I V. super constitutione à se antea edita.

4 Limitant tamen supradictam doctrinam aliqui Doctores in lege correctoria; in hac enim dicunt impropria esse verba, & recedendum à communi illorum significacione, vt iuris correctio vitetur: sic docent Abbas cap. cum olim, sine, de sentent. & re iudic. Felin. c. non potest, eodem tit. num. 8. vers. limita dupliciter. Anton. cap. cum dilectus, n. 15. & ibi Imola n. 12. de consuetud. Alexand. consil. 85. num. 12. lib. 4. Mieres de maioritibus, 1. part. quæst. 1. num. 74. Gozad. cons. 43. n. 2. Berouus cap. quoniam, num. 31. de iure patronat. Guiter. lib. 33. pract. q. 15. n. 34.

Hæc tamen limitatio absolute sumpta mihi non probatur, quia ratio supradicta æquè in omnibus legibus militat, scilicet debet profiri per verba in communi acceptatione sumpta, ne æquiuocacionibus, & fallaciis exposita sit. Quapropter si in aliquo sensu proprio verba explicari possunt, quo legis correctio vitetur, etiam si ille sensus non sit ita proprius, ille retinendus erit, Quod abundè constat ex cap. cum olim, de re iudic. in fine, vbi ad electionem requiritur et concordia eligentium, & tamen si maior pars in vnum conuenierit, censentur omnes concorditer conuenire, ne communi iuri fiat derogatio, vt tradit ibi glossa, & Panorm. Suar. lib. 6. c. 1. n. 18. Salas disp. 21. sect. 6. n. 16. quia illa in iure vocatur concordia: recurrit autem ad sensum improprium, nunquam licet sine manifesta ratione, vt iam dicam.

5 Secundo limitant, nisi ex proprietate verborum sequeretur aliqua absurditas, vel iniquitas in legislatore; tunc enim verba impropria sunt, vt vitetur iniquitas. Placet hæc limitatio, quia cum lex debeat esse iusta, non debet præsumi voluisse legislatorem iniustitiam committere in illa ferenda: colligitur ex l. nulla iuris ratio, ff. de legib. & l. 1. §. 19. eodem tit. & tradunt Azor lib. 5. cap. 16. quæst. 9. Salas disp. 21. sect. 3. num. 4. vers. at si Suarez lib. 6. cap. 1. numer. 17. Eman. Sà verbo interpretatio, num. 1. Bonacina disp. 1. quæst. 1. punct. 8. num. 14.

6 Tertio limitant, nisi ex proprietate verborum redderetur lex inutilis, tunc enim ad impropria posse recurri, sic Nauarr. cap. 27. n. 51. Couarr. 3. variarum, cap. 3. num. 9. Felin. in cap. translatio, de consuetud. n. 14. Suarez lib. 6. cap. 1. num. 7. Malcard. de probat. conclus. 596. num. 2. Sarmiento lib. 1. sect. 1. cap. 12. num. 7. Tiraquell. in Leonubial. glossa 5. n. 15. & alij apud ipsos. Et probatur ex cap. si ciuitas de sentent. excommunicat. in 6. vbi ne sententia interdicti illuforia reddatur, extenditur ad suburbia, & in l. 4. ad Macedonias, vbi ratione mutui filij familias excusatur ab obligatione: extenditur hoc privilegium ad venditionem pecunia credita, sub nomine testamenti etiam codicillis intelligitur, ne fiat illuforia dispositio, sic glossa cap. vlt. de resuris in 6. Verum si rectè pendatur, hæc non est limitatio conclusio: non enim verba impropria sunt, sed reuera propria illorum significacione extenditur lex ad ea, quæ sunt omnino connexa, suburbia enim est accessorium ciuitati, & ea de causa interdicta ciuitati, interdiciuntur suburbia.